

Vitam resque ab eo gestas descriptsit Antonius Joannes Garsia Caralps, canonicus poenitentiarius in Ecclesia Barcinonensi (2). At prior eo anonymus laudatur ejusdem Vitæ scriptor canonicus Ecclesiæ Gerundensis, ut ex Francisco Diago in *Historia comitum Barcinonensium*, et Jacobo Rebullosa, qui et is Vitam viri hujus sanctissimi nobis post alios dedit, monuerunt ad sextam Martii diem in Actis Sanctorum PP. Henschenius et Papebrochius. Anonymi Vita ista reperta fuit in archivio Ecclesiæ Barcinonensis, ubi sanctum ejus corpus in veneratione magna habetur, teste Antonio Dominico lib. II *Historiæ Sanctorum Cataloniae* pag. 75.

[Duas hujus sanctissimi præsulis epistolas edidimus nos tom. II *Collect. Max. Conc. Hisp.*, alteram Raymundo Ausonensi episcopo (5), alteram Innocentio II papæ directam. Quarum posterior a nobis primum luce donata. Censulit in ea Innocentium circa consecrationem episcopi Barbastrensis a canonicis electi. CARDINALIS DE AGUIRRE.]

pag. 525, quo loco pro *Innocentii II*, uti scriptum oportuit, *Calixti II*, qui septennio ante obierat, nomen parum advertenti excidit. Binas item alias, atque ex iis posteriorem hactenus ineditam, vulgavit el. Florezius t. XXIX posthumo, pag. 472 et 492. Vid. card. Aguirrius t. III *Concil. Hisp.* pag. 542 yet. edit. Apud Martenium t. I vet. Scriptor. et monum. col. 717, exstat: *Oldegarri Tarraconensis charta per quam dat pauperibus lectos et pannos clericorum defunctorum vii Kal. April. ann. xxv regis Ludovici (Christi) 1152*.

(2) Barcin. edita 1617 in-8°.

(3) Consuluerat Oldegarium Raymundus de juvane, qui puer cum esset puerum ludens colludentem impegerat ad casum ex quo vulneratus fuit; post dies autem non multos, cum jam e vulnere

A convaluisse, in languorem recidens defunctus est: utrum irregularis censendus esset? Respondet autem: Quoniam beati Augustini et aliorum doctorum consilia nos edocent, talia incerta in meliorem partem interpretari debere: de confidentia Dei, cuius misericordia melior est super vitas, præsumentes: hunc bonæ indolis juvenem laudamus in Ecclesia Dei ad minores ordines posse provehi; ac deinde ad sacros gradus, si laudabilis ejusdem vita et honesta morum conversatio cum aetate proficiens ipsum canonico tempore acceptabilem commendaverit: paucis his sese in Scriptura et Patribus, atque in utroque etiam jure non vulgariter versatum exhibens. Videndum dubium non dissimile apud J. C. Paulum I. xxx, § 4, ff. ad legem Aqui

S. OLDEGARII

EPISTOLA AD INNOCENTIUM II PAPAM.

(Vide inter epistolas variorum ad Innocentium, Patrologiæ tom. CLXXIX.)

S. OLDEGARII EPISTOLA

AD RAYMUNDUM EPISCOPUM AUSONENSEM, SUFFRAGANEUM SUUM.

(Circa annum Christi 1125.)

Respondet consultationi circa puerum ludentem, qui alium impedivit, ita ut caput ejus frangeretur, etc., an irregularis habendus sit.

[Cardinalis d'ACUIRRE, *Concil. Hispan.*, III, 540.]

OLLEGARIUS Dei gratia Tarragonensis archiepiscopus, venerabili fratri RAYMUNDO Ausonensi episcopo, salutem.

De juvane illo super quo me consuluitis ut yobis consulerem, qui puer puerum ludens ludentem impedivit ad casum quod caput frangereatur, hoc nobis respondendum videtur. Quoniam ille vulneratus postmodum, ut fertis, convaluit, et post dies multis in languorem recidens defunctus est, rem quidem dubiam certa determinare sententia minime possimus. Ambiguum namque videtur, utrum ex occasione vulneris aut ex incuria, aut ex aliquo, ut assolet, accidenti recidivus, eum languor oppreserit.

B erum quoniam beati Augustini et aliorum doctorum consilia nos edocent talia incerta in meliorem semper partem interpretari debere; de confidentia Dei, cuius misericordia melior est super vitas, præsumentes, hunc bonæ indolis juvenem laudamus in Ecclesia Dei ad minores gradus posse provehi. Si vero laudabilis vita et honesta morum conversatio cum aetate proficiens, ipsum canonico tempore acceptabilem commendaverit, sacros nihilominus gradus, mediante Dei gratia sortiri poterit.

Ollegarius archiepiscopus subscripsi.

Raymundus Dei gratia, Ausonensis episcopus.